Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



115

rem dolorem. amaritudinem omnem. Quisquis n. spem suam por
rexerit longius & meliora maluerit: curabit his terre bonis ut expedito
ac leuis difficultatem uie superet. Nec n. pot qui se apparatu regio or
nauerit aut diutius honorauerit angustias illas vel ingredi vel tenere.
Vnde intelligitur ideirco malis & minutis facilius prouenire: quas cupi
ant. Quia prona et declivis est eorum uia. Bonis autem que optent: difficile procedere. Quia difficili et arduo itinere graduntur. Iustus ergo qm
diuum asperumque iter ingressus est: contemptu. derisu. odio. sit necesse est.
Omnes n. quos cupiditas aut voluptas precipites trahit: inuidet ei: qui uir
tutem capere potuit: & inique ferunt: id habere bal aliq: quod ipsi no
habent. Erit itaque pauper. humilis. ignobilis. subiectus. miserus: & tamen
omnia que amara sunt preferens. & si patiam ingem ad summum illum gra
dum finemque peruenerit: dabitur ei corona uirtutis. a deo pro laboribus.
quos in uita pp iustitiam tulit immortalitate donabitur. He sunt uie
quas deus humane uite assignauit: in quibus singulis & bona ostendit &
mala cum eternis bonis. qui est ordo melior. Sin alter: temporalia prius bo
na cum eternis malis: qui est ordo deterior: ut quicunque pena mala cum
iustitia delegent. maiora & certiora consequatur bona: q fuerint illa: que
fugat. Hec n. uita corporalis: quia breuis est: ideirco & bona eius &
mala sempiterna sint: necesse est. Illa vero spiritualis: que huic ter
rene contraria est: Q in sempiterna est: Sideirco & bona eius & mala
sempiterna sunt: itafit: ut bonis breuibus mala eterna & malis
breuibus bona eterna succedant. Itaq cum simul proposita sint hec
bona et mala: considerare unumquemque secum decet: quanto satius sit p
petuis bonis mala breuia pensare: q pro breuibus & caducis bonis
mala ppetua sustinere. Nam sicut in hoc seculo cum est propositum
cui bene certamen prius labor indicendum est: ut sis postmodum in otio:
esuriendum. sitiendum: estus. frigora. inferenda. humi quiescendum.
uigilandum pernoctandum est: ut soluas pignoribus & domo & re
familiari & omnibus quibus ac uictorie bonis perfrui possit. Sic autem pri
orum malueris: q laborem: malum tibi maximum facias: necesse est: ne hoc
cupiebat n. aduersarius non resistentem. Vastabuntur agri: diripietur
domus in predam: uxor ac liberi uenient. Ipse mitificere aut capiere.
Que omnia ne accidant: prius modum differendum est: ut magna
ius longius quoque putatur. Sic in omni hac uita. Quia nobis aduersarium
deus reseruauit: ut possimus capere uirtutem. Omittenda est pugna
luptas. ne hostis opprimat. uigilandum. stationes agende. militares